

Unde in primis quod de carnis hoc iudicatum ipsius, deinde totam ipsuduntatem de Coboro, et in castello super S. Laurentium ubi est ipsa Ecclesia S. Cipriani, silva in colle Bonicelli, et in playa S. Pancratij, et montem super villa magna, deinde in ipso calasio infra finitio in verticem montis, usque in via, usque in Berragine, usque in Petra Cusio, usque in Macero Longe, usque in valle de Caprile, usque in Petra de Lemelanari, et usque in Petra Nutruira. Deinde in Presuro, et in ipso campo monaciaco, usque in vertice montis, usque in via antiqua, usque furca de Olaci: sunt hæc per mensura modica sexcenta. Deinde in Cerretum, in volumbro in ipso fratre sive felidule in superi, et in limiti usque furca usudi, usque serra de Lomealla, usque via que pergit ad valle pagana, usque Pricalium de Caspeneto, usque mailla de Buri ad ipsum Petum, et per via antiqua, usque felidula ad ipsum aquanem, usque serra de Purbide, usque Concillone, et inde ad priorem finem. Deinde in Buse usque ipsum lacum, usque ipsum solem, usque via playa, et via que pergit ad Petra Corticaria, deinde in ipso case Longe usque Petra Corticaria. Deinde iterum in calasio usque in valle de Caprile, usque macero Longe, usque ad petram subeam, usque in via, et usque in vertice montis: Deinde iterum in Presuro in ipso campo monaciaco, usque vadu de Tolocce, usque via antiqua, usque verticem montis. Deinde in Luceda usque noce, usque pareri, et usque serra de ipsa ro de Carapelle Sathy vel supra, per mensura modiorum mille. Deinde usque turbido, usque Bestubbu, usque cerro fucata, usque spluca, et usque Bupi.

**Miraculum Sanctorum pro quo Ecclesia
S. Balbinæ ædificata est in
Abege.**

QUOD approbatissimis Patribus fide relatione didicimus, opportunissime compendioso sermone hic inserendum censuimus, et hoc celebri fama longe, Latineque vulgatum ad nos quoque olim delatum populi ora centenis laudibus sonant. Patres quidam Romæ gratia orationis pervenerant quibus studiū erat continuis precibus semper querere Deum, et limina sacra lustrare Luminum mundi, ut sibi, et socijs deferrent munera Dei, ergo sue devotionis officijs consumatis calitis sibi oblatis Sanctorum Martyrum reliquias à quibusdam acceperant, et pretiosas involuta tegminibus sue pastorali penè indiderunt, ac verso itinere redire coeperunt, debitum illis sanctorum virtutis officium per longè spatium itineris sedulè exhibentes. At ubi in sua